



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

vore novi Christianismi motus, Collegium Generosarum & nobilium Virginum constituit: cui prope Urbem ad mœnia aliud Divo GERVASIO sacrum erexit, cuius exemplo anno 820. CORBEIENSE & SCHILDESINVM prope Bilefeldiam à nobilibus quoque Vestalibus inhabitatum: & ipsâ in Vrbe insignis Collegiata, ac in NEAPOLI eius RR. Patrum Recollectorum claustrum solum ex integro Catholicum fideique propugnaculum erectum est, quorum sanctis laboribus, religionique labanti ut porrò benignissimâ intercessione S. OSWALDI aspiret Dominus, vnicè implorandus. *Consule Ann. Pat.*

VI.

IN MONTIVM Ducatu ad BENSBERGAM Arcem in pago Slebus B. GEZZELINI Anachoreta, cuius ibidem Memoria & Fons eius precibus è terra datus, qui in sacello à perillustri Domino Henrico Barone de Reuschenberg Teutonici Ordinis Commend. &c. erecto, frequenti peregrinorum confluxu inuisitur plurimis medicus & salutaris. *Fast. Gelen. Mart. Canisij.*

VII.

IN Sacrario Aulae Neoburgensis Festum S. DIGNÆ famulæ

famulæ S. AFRÆ à Gaio Rhætix præside flammis addictæ quæ Palum mortualem osculo venerata, illique alligata lento igne subiecto inter Iesu & Mariæ nomina cōflagavit Christiana fidei illustrissima Victima, cuius insignes & Crystallo inclusæ Reliquiæ istic proponuntur. Ex Bau. Sancta, & Sacrarij Indice.

X.

IN peruetusta GLADBACENSI Abbatia à GERONE LUDOVICI Saxonis Filio Archiepiscopo Coloniensi circa A. C. DCCCCLXXI. instituta S. LAURENTII CAPITIS ostensio, quod ibidem nuper ad eò Rex Hispaniæ Philippus IV. magnis precibus ac donis à Præsule impetrare frustra molitus est. Tesch. in Annal.

XIII.

HAC die ad meliores abiit PHILIPPVS de Heinsberg Archipræsul Coloniensis, Apostolico Spiritu plenus supra humanas Spes aut metum Aulæ suæ dicere solitus: Velle arumnis carere idem esse, ac velle CHRISTO tergum vertere, & illum solum sub CRUCE perfidè relinquere. Idem hereditarijs opibus fundavit Collegium cognominemq; Heinsbergensem Ecclesiam, ac pluribus istic munificentia

tiæ